

*ctyos realis* horreum adimplevit. Eòdem tempo-  
 re, credo non sine fatò, nonnulli è nostratibus hìc  
 Musis operantibus studiò penitioris Philosophiæ  
 hortatuque WEIGELII, Excellentiss. in Societatem,  
 Pythagoræ reverentiâ sacram, congregabamur, in  
 quâ, cum, inter alias selectas, hæc ipsa etiam quæstio  
 ventilaretur, & quilibet è legibus dictæ Societatis  
 solum conferre teneretur, evenit ut per hæc Te-  
 tractys Weigeliana in id roboris ac formæ adolesce-  
 ret, qualem nuperæ meæ Tibi adumbrabant, qualen-  
 que in tabulâ quâdam pulcherrimè hæctenus ex-  
 sculptam propediem opperiare. Primus hic, quem Ti-  
 bi jam destinavi, Societatis Pythagoræ & amicarum  
 in eâ collationum foetus brevi planum reddet, quan-  
 tum Collegia Sapientum, horumq; fideles inter ipsos  
 commissiones eò excitatæ, ut communis artiū qua-  
 rumcunq; & omninò eruditionis cunctæ causa, adu-  
 natis viribus provehatur, rerum humanarum perfe-  
 ctioni commodent, quamq; salutari consiliò & boni  
 publici incrementò hinc inde frequententur. Possem  
 heic plurimas ingenuæ sapientiæ sectatorum Naturæ  
 Curiosorum, Poetarumque Societates per Germani-  
 am nostram, & in exteris locis, non sine ubere claris-  
 simorum speciminum proventu, magnò Teutonicæ  
 loquendi scrutandiq; facultatis auctoramentò, ini-  
 tas